Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



144

studiorum non bonorum & displicebit
uobis iniquitates uestre. & scelera uestra. Non
propter uos faciam ait dominus deus. notum sit
uobis. Confundimini & erubescite super
uiis uestris domus israel. Hec dicit dominus deus.
In die qua mundauero uos ex omnibus in
iquitatibus uestris. & habitare faciam urbes
& instaurauero ruinosa & terra deserta
fuit exculta que quondam erat deso
lata in oculis omnis uiatoris. dicent ter
ra illa inculta siue deserta. facta est
ut hortus uoluptatis. & ciuitates deserte
& destitute atque suffosse munite sedeant
et scient gentes que derelicte fuerint
mercedem uero. quia ego sum dominus.
qui edificaui dissipata. & plantaui in
culta. ego dominus locutus sum & feci.
Hec dicit dominus deus. Adhuc inhoc inue
niet me domus israel siue querar domui
israel ut faciam eis. Multiplicabo eos sicut
gregem hominum. siue ut oues sancta
in gregem. siue oues hierusalem in sollemp
nitatibus eius. sic erit ciuitates deserte
plene gregibus siue ouibus hominum.
& scient quia ego dominus.

Perspicua sunt que dicuntur. & omnis sensus
montium israel qui prius deserti fuerant
& postea restituti. nunc manifestius
ponitur. reddit que causas eius. quare
plebem israel captiuitati tradiderit. &
propter suam clementiam pollicetur re
ducturum se eos in terram iudeam. &
multo ampliora tributurum quam
abstulerat. Quod quidam iudeorum refe
runt ad zorobabel tempa quando re-
ge persarum laxante captiuitatem eorum
de tribu iuda & benemin primi re
ducti sunt in iudeam. alii uero ad mille
annorum referunt regnum. quando
sub xpo quem putant esse uenturum
& ciuitas exstruatur hierusalem. & edificetur
templum. de quo in ultima parte hui
ppheie dicturi sumus. Et interim ut
iudaicas fabulas relinquamus. & inter
minabiles genealogias. iuxta con
suetudinem nostram breuiter pericopen
huius capituli percurramus. & quid nobis
uideatur iuxta ecclasticam intelligentiam
disseramus. Domus israel hoc est populus iudeorum
habitauit quondam in terra sua. hoc
est in terra iudee. qui eductus est de egyp
to. & polluerunt illum in suis & in studiis
siue ydolis suis. & in tantum ex stute
polluti. ut immundicie muliebris
menstruate comparati sint. Propter quod
deus effudit indignationem suam super
eos. pro sanguine pphetarum atque iustorum
quem fuderant super terram. dicente in
euangelio saluatore. Hierusalem hierusalem qui
occidis pphas. & lapidas eos qui ad te
missi sunt. Et rursum. Amen amen dico uo
bis. requiretur sanguis qui effusus est
a generatione hac a sanguine abel
iusti. usque ad sanguinem zacharie
filii barachie. quem effuderunt inter
altare & templum. Non solum autem
effuderunt sanguinem. sed & polluerunt
terram scelibus suis. quam obrem dispersit
eos. et sub babylonia captiuitate
et sub babylonia captiuitate et sub
romana. quando uere effuderunt sangui-
nem xpi. & uentilati sunt inter tras
quorum palee uentilantur. & iuxta uias
suas & inuentiones pessimas iudica
ti. ita ut ingentibus quoque adque
captiui ducti fuerant polluerent.